

17

008d

Sammelband

Cd

242

f. 11.

PROGRAMMA



PROGRAMMA
QVO
ORATIONEM AVSPICALEM
RITE INDICIT
ETIAM
RECITATIONES PVBLICAS
SIGNIFICAT

M. IO. GEORGIVS WALCHIVS
PHILOLOGIAE ET ANTIQUITATVM

P. P. *Primum in quo numerot.
secundum in quo numerot.
tertium in quo numerot.
quartum in quo numerot.
quintum in quo numerot.
seximum in quo numerot.
septimum in quo numerot.
octimum in quo numerot.
nonimum in quo numerot.
decimum in quo numerot.*

1710



Vperiori ætate quum inlustria
humanitatis studia, quæ & sin-
gularem dignitatem & pergra-
tam habent vtilitatem, extene-
bris, quibus fuerant immersa, ad
pristinum reuocarentur nitorem; antiqui-
tatum quoque litteræ fausto ac prospero
successu magnis auctæ incrementis, & ad
sumnum erectæ fastigium. cuius doctri-
næ ac litteraturæ maiestatem ita, ut oportet,
qui æstimant, illis memoria ac recordatio
eorum, quorum opera in explicandis vetu-
stiorum gentium ritibus amplissima fuit,
delectationem adfert ac iucunditatem.
namque si ea studia, quæ adpellamus hu-
maniora, grauioribus disciplinis gratiam
addunt suauissimam, iisque magno sunt or-
namento, nemo sane, nisi rudis omnis libe-
ralioris doctrinæ ibit inficias, & antiquita-
tum culturam fructus ferre optimos. est
quidem illatum hoc munus, quod quum
veterum mores atque instituta intuemur,
obseruare possumus, cuius prudentiæ ac
rationis in illis pateant exempla: at illud
vero

vero longe & maius & luculentius est beneficium, quod diuinam atque humanam scientiam iuuant, ac in maius meliusque promouent. oraculi diuini interpretibus antiquitates conducere, quis ignorat? quum ipse sacræ litteræ vetustissimos vberissimosque hebraicorum rituum fontes continent, & ad hæc eiusmodi antiquitatum, quæ nationum fuerunt a veris sacris alienarum, Aegyptiorum, Græcorum, Romanorum, maxima trahunt momenta. liber ille diuinus, qui ΠΡΑΞΙΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ inscribitur, & inter alia Pauli res per Græciam atque vniuersam Asiam gestas persequitur egregie, antiquitatis beneficio explicari debet atque inlustrari. namque quæ Paulus in Atheniensium vrbe peregisse dicitur, (a) a nemine, nisi atticarum rerum perito clarius possunt cognosci, eiusdemque Ephesia acta (b) cognitionem antiquitatum Ephe- (b) cap. XVII.
fiarum, in primis cultus Dianæ aliarumque rerum postulant; sed non nescie est, rem satis claram testimoniis probare atque inluminare exemplis. qui iuris romani litteras tractant, illis salubre ac fru-

A 2
gi

giferum erit, in erudita antiquitate versari,
& actionum ortus & discrimina, totam
rem iudicii, magistratum officia & alia
cernere, quo magnum sibi parabunt adiu-
mentum ad lustranda veterum legum mo-
numenta, id quod multi, iisque ingenio &
doctrina celeberrimi viri, BRISSONIVS,
CONTIVS, CVIACIVS, FABER, HE-
RALDVVS, GROTIUS, PANCIROLLVS,
MENAGIVS, GRAVINA, HVBERVS,
NOODT, & alii demonstrarunt. quam v-
tilitatem amoenitatemque & medicinæ
cultores ex veterum rituum notitia exspe-
re possunt, in quibus diuersa medicorum
genera produntur; *clinicorum*, qui lecto
affixis & cum morbo luctantibus præsto
erant; *vulnerariorum*, qui sanabant vulne-
ra; *oculariorum*, qui curandis oculis addi-
cebant operam; illorum, qui *iatralipticen-*
quæ per vnguenta & olea curabat, exercen-
tes iatralipta adpellabantur. periucundum
est cognouisse, qua ratione veteres tuendæ
& roborandæ valetudini consuluerint, qua-
lis balneorum fuerit usus, quæ vunctionum
genera adhibuerint, quo modo *insolatio-*
ne

ne homines grauioris ætatis se recreauerint,
natiuo calore iam sensim decrescente; quo
victu in conseruandæ sanitatis gratiam sint
vsi, quod nonnunquam peregrino se con-
firmauerint aere, & quæ alia antiquitatum
harum sunt momenta, vide CELLARI-
VM (c).

(c) dissert.
academ. p.

Verum enim vero antiquitatum vſus de
singulis hisce litteratum generibus verbosi-
us probare & inlustrare, iam nimium foret,
etiam a proposito dicendi argumento rece-
deret. dicam in primis, idque breuiter,
quantum momenti positum in cognitione
rituum antiquæ ætatis sit ad genuinam lin-
guarum culturam, & quod fructus sint
amplissimi, qui ad philologicæ candidatos
ex ea proficiuntur. qui leuiori opera lin-
guarum indolem perlustrarunt, iam fatis
habebunt perspectum cognitumque, vo-
ces a propria significandi vi ad alienam
transferri, quem transferendi verbi mo-
dum necessitas genuit, in opia coacta & an-
gustiis; post autem delectatio iucunditas-
que celebrauit, vt CICERO (d) ait, qui

(d) III,
38, de ora-
tor. p. 347.
edir. Can-
tabr. cura

PEARCE.
adde VOS-
SIVM in-
stitut. orat.
IV, 6. p.83.
CLERI-
CVM art.
crit. vol. I.
p.2.f.t.c.6.
p.316.edit.
Amstel.
1712.

*Sareperta primo, post adhiberi cœpta est ad
ornatum etiam corporis & dignitatem; sic
verbi translatio instituta est inopia causa,
frequentata delectationis. huiusmodi trans-
lationes a variis sumuntur rebus, quas & a
ritibus veterum petitas fuisse, antiqua mo-
numenta, quæ ad nostra tempora transmis-
sa exemplis hanc in rem abundant, proba-
re ac testari possunt. at vero tales dicendi
formulas nemo accuratius intelliget, nisi in
antiquitatum historiis exercitatus, quam
rem exemplorum lumine ex libris partim
diuini codicis, partim scriptorum veteris
Latii inlustrare, non ab re esse existimo.*

*Antiqua ætas numina quædam in mon-
tibus coluit, quæ credebantur vicinis terris
regionibusque ferre auxilium: quam ob-
causam diis, præcipue Panis huiusmodi
consecrarent loca. ex antiquitatis hu-
(e) PF. CXXI. ius cognitione verba D A VIDIS (e)*

*אָשָׁא עַנִּי אֶל-הַחֲרֵב פָּאֵן יְבוֹא צוּרִי
sollo oculos meos ad montes, unde venit au-
xilium meum; inlustranda sunt, vid. MA-
(f) libr. 1. IVM (f) apud veteres moris erat, cornua
obseru.sacr. in maiestatis, gloriæ ac potentiae signifi-
P. 15. cationem*

tionem usurpare, iisque ornare capita, id
quod de Alexandro magno (g) & aliis con-
stat: quibus causæ patent, cur cornua
translate interdum posuerint, vt arma, vi-
res, potentiam notent. **I**OBVS squum gloriæ
suæ speciem euanuisse queritur, inquit (h)

Cלְרִכְנֵי רְשִׁיעַת אֲגָדָע הַרְוֶסְכָּה (i)
קָרְנוֹת צָרִיק: **o**mnia cornua impiorum am-
putabo, exaltentur cornua iusti; quam di-

cendi rationem veteres quoque romani
scriptores fecuti sunt, conf. FREYTAGI-
VM. (k) Græci quando ad mare institue-
bant sacra, seque lustrabant, purgamenta,
sceleris quippe & culpæ nefas omne in ma-
re mitti, consuetudinis fuit, adeo supersti-
tio animos istorum occupauerat. **H**OME-
RVS (l)

Ἄτεδ δ' Ατρεῖδος ἀπολυμάνεσθαι ἄνωγεν

οἱ δ' ἀπολυμάνοντο, καὶ εἰς ἄλλα λύματα ἐβαλλον·

exercitum vero Atrides lustrari iussit:
illi lustrabantur, **E**t in mare sordes abii-

ciebant:

conf. BROVERIVM de NYEDEK (m) &

(g) vid. IO.
FABRVM
comm. in
VRSINI
imag. in-
lustr. p.7.
(h) cap.
XVI, 15.
(i) Ps. LXXV.
II. add. Ps.
xcxi. II.
xcxi. 9.
Thren. II.
3. Luc. I.
69.
(k) de Ale-
xandro M.
cornigero
§. 12. p. 19.
(l) Iliad. A.

(m) de po-
pul. veter.
ac recen-
tior. ado-
ration. c. 12.
p. 123.

(n) cap. vii. hic ritus est, qui verba MICHAELIS (n)
19. בְּשָׁלֵךְ בְּמִצְלֹות וּמִכְלָחַתְהָבָבָה
profunditates maris omnia peccata illorum,
clariora reddit. de pane επιστολή multum in-
(o) de pane ter eruditos fuisse disputatum, constat, qua
επιστολή
p. 220. tr.
de solœc. &
barb. N. T.
(p) in exer-
cationi*iu-*
uenilib. p.
319. qui
cum
STOL-
BERGIO
varias sen-
tentias
commemo-
rat.
(q) in ob-
seru. ad
Math. VI,
II.
(r) institut.
theol. mor.
l. 5. §. 33.
not. p. 452.
(s) not. ad
Vopifum
in Aurel. p.
375.
(t) obseru.
sacr. l. 3.
p. 6.
(u) art. cit. v.
I. p. I. c. I. §.
3. P. 35.
(x) Math.
XVI. 18.

hic ritus est, qui verba MICHAELIS (n)
profunditates maris omnia peccata illorum,
clariora reddit. de pane επιστολή multum in-
ter eruditos fuisse disputatum, constat, qua
de re STOLBERGIVS, (o) MARCKIVS
(p) OLEARIVS (q) magnificus BVDDE-
VS noster (r) & alii consuli possunt. cuius
originis sit vox ista επιστολή, in præsentri expli-
care, ratio nostri argumenti haud permittit:
verum id obseruamus, Christum consue-
tudinem Romanorum Græcorumque im-
peratorum respicere, qui singulis diebus di-
stribuendos curarunt panes, διανομὴς ideo
& ἡμερησίς vocatos vide SALMASIVM
(s) MAIVM (t) CLERICVM. (u) Serua-
tor noster confirmat, (x) quod πύλαι ἀδε-
portæ inferorum fidelem christianæ religio-
nis cœtum haud consumere debeant nec
confiscere: qua dicendi formula significat,
quod cœrum istum contra promissiones
fallaces, vim ac potentiam hostium eo-
rumque astuta consilia defendere ac tueri
velit. portæ enim veterum loca erant, quæ
rebus emtionis atque venditionis agendis;

con-

consiliis capiendis publicis, iudiciis con-
trouersiatum caussa exercendis destinaue-
rant, quibus & hostium violentiae impetus
retardare solebant: & hi ritus sunt, a quibus
locutio, qua Christus vtitur, translata est,
consule DILHERRVM (*y*) & MEL. (*z*) de (y) disput. 2.
(z) antiquar.
Petro apud MARCVM (*aa*) dicitur: cad. t. I. p. 93.
(aa) facr. f. I. c. 3.
ἐπιβαλλεῖν ἔκλαψ, quo loco verbum ἐπιβάλλειν
tegere se significat, ita ut vox ἵματιον sit omis-
sa, vide BOS (*bb*) cui interpretationi adhuc 72.
(bb) de ellip.
græc. p. 88.
maius robur ex ritibus veterum lugendi ac-
cedit, qui vultum tegentes lacrimas, earum-
que vim solebant profundere. verba Chri- (cc) cap. X. 42.
sti apud LVCAM (*cc*) τὸν ἀγαθὸν μερίδα ἐξελέ-
χατο, optimam partem elegit, consuetudines
& Ebræorum & paganorum inlustrant,
quibus erat in moribus, illis, quos singulari-
adfectu siue amoris, siue honoris prosequen-
tibus, plures partes, etiam præstantissi-
mam in conuiuiis exhibere. sanctus apo-
stolus PAVLVS pro mirifica morum, ritu-
um antiquitatumque, qua excellebat, noti-
tia, saepe suas locutiones illis adcommoda-
uit, quæ sine istarum lumine neque intelligi,
neque penitus explicari possunt. ad Roma-

B nos.

(dd) cap. II. 15. nos quum scriberet (dd) τὸ ἐργον τῆς νόμου γραπτὸν
 ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, opus legis scriptum in cor-
 dibus ipsorum, ante oculos ei versabantur
 tabulae Sinaiticæ, vel Romanæ, in quibus
 leges litteris scriptæ fuerunt, ut semper clare
 legi ac cognosci potuerint, vide veneran-
 dum BV DDEV M nostrum. (ee) litteris,
 quas ad Corinthios dedit, (ff) dicit: ὡς περι-
 καθάρισμata τῇ κόσμῳ ἐγενήθησεν, quasi purga-
 menta mundi facti sumus, eoque ipso ri-
 tum paganorum respicit, qui humano
 cruore deos placare, eoque omnia ciuitatis
 aut gentis cuiusdam scelera expiare, in mo-
 ribus habuerunt (gg), cuiusmodi homines
 diis immolati, erant βυταροὶ καὶ ἀπόβλητοι, for-
 didi & abiecti, ut EV STATHIVS dicit, ac
 καθάρισma vocabantur: & licet Paulus
 περικαθάρισma posuerit; constat tamen, idem
 esse ac καθάρισma, prout περικαθάρισma & καθάρισma
 eadem significandi vi valent, adi WITSI-
 VM. (hh) item χαλκὸς ἥχθων, es sonans, cu-
 ius iisdem litteris (ii) mentionem habet,
 lucem suam ex antiquitatum historiis ac-
 cipit, quum in Dodonæo delubro lebetes
 ita disponerentur, ut si quis ynum istorum
 at-

(gg) tom. II.
 miscell. sacr.
 exerc. 2. §. 7.
 (ii) I. Cor.
 XIII. I.

attingeret, omnes proderent sonum, quo
inani tinnitu & prouerbium illud Δωδα.
ναιον καλησιον in garrulos ortum est. hic pa-
ganorum mos est, cui PAVLVS suam lo-
quendi rationem adcommodasse videtur,
consule MAIVM (kk) & ZORNIVM (ll)
quæ sententia maiorem omnino veri pra-
se habet speciem, quam istorum, qui hæc
Pauli verba ex Ebræorum ritibus inlustra-
re, dant operam, confer BRAVNIVM
(mm). & quem fugit, Paulum sæpe ad
Græcorum ludos adludere, & ab illis petere
formulas, (nn) ex quo & orta est phrasis: τρέ-
χειν περὶ ἑαυτῆς, περὶ ψυχῆς, τρέχειν πίνδουνον πέρι τῆς ψυχῆς,
vide ERASVM (oo) BVDAEVM (pp)
AEMILIVM PORTVM (qq) quibus ad-
das LYDIVM (rr). plura ex diuinis oracu-
lis colligere exempla, haud necesse est, in
primis quum GLASSIVS (ss) BASHVY-
SENIVS (tt) RELANDVS (uu) in hoc di-
cendi argumento etiam sunt versati.

Ex eorum, quos vetus Latium tulit, scri-
ptorum monumentis quædam adhuc con-
ligamus, ut antiquitatum præstantia, quam
prædicauimus, pateat inlustrior.

B 2

annulo

au-

(kk) obseru.
facr. libr. 2.

p. 23.

(ll) comment.
de vñ æreo-
rum tripod.& cymbalor.
(mm) select.

(rr) facr. I. 9. 139.

p. 277.

(nn) I. Cor.
IX. 24. Gal. V.

7. Coloss. II.

18. Rom. IX.

16. quem lo-
cum eleganterexplicat CLE-
RICVS art.

crit. vol. I. p.

2. f. 1. c. 13. n.

3. p. 276.

(oo) in adag.
p. 209. edit.

Franc. 1646.

(pp) in com-
ment. græc.

lingu. p. 1228.

lin. 36. edit.

Basil. 1530.

(qq) lexico

Ionico vox.

τρέχειν.

(rr) in agoni-
sticis sacriss.cum addita-
mento IO.

LOMEIERI.

(ss) philolog.

facr. libr. 5.

tr. I. c. 13. p.

1885.

(tt) dissert. de

Talmud. p. 80.

sqq. præmiss.
clau. Talmud.

max.

(xx) orat. de
vñu antiqu.
facr.

(xx) vita Iul
c. XXXIX. n.
4. p. 107. t. 1.
ed. PITISCI.

(yy) de annu-
lis cap. 15. 16.
p. 89. sqq.

(zz) VII. 13.
N. A.

(a) lexic. anti-
qu. t. l. p. 457.

*aureo donari significatur inter equites legi,
vti SVETONIVS (xx) ait: ludis Decimus
Laberius eques romanus minimum suum egit:
donatusque est quingentis sestertiis & annu-
lo aureo. namque ex tempore secundi belli
Punici annulus aureus singulare equitum e-
rat ornamentum, quo distinguebantur a
plebe, confer KIRCHMANNV M(yy) clas-
sici auctores dicuntur scriptores primæ no-
tæ & præstantissimi, quæ dicendi formula
a classicis ciuibus romanis translata est,
quos Seruius Tullius in sex classes distinxe-
rat, ita, vt omnes, qui ciuitate fruerentur ro-
mana, classici, ii vero in primis, qui primæ
essent classis, nomine hoc dicerentur, GEL-
LIVS. (zz) classici dicebantur non omnes,
qui in classib[us] erant, sed primatantum clas-
sis homines, qui centum & viginti quinque
millia aris ampliusue censierant, confer PI-
TISGV M. (a) senatores romani vtebantur
tunica laticlavia; equites vero angusti clau-
via; clavi vero in tunicis romanorum ad-
pellabantur particulae ex purpura fere de pe-
tore demissæ: quam ob causam *latus vel*
*angustus clavis ponitur pro ipso ordine se-**

na-

natorio, vel equestri: VELLEIVS PATER-
 CVLVS (*b*) de Mæcenate: *vixit angusto* (*b*) II. 88.
clanu pene contentus: confer RVBENIVM
 (*c*) MANVTIVM (*d*) CASAVBONVM
 (*e*) RYCKIVM (*f*) RIGVEZIVM (*g*) PI-
 TISCVM (*h*) orchestra ponitur pro senatu
 in theatro sedente apud IVVENALEM (*i*)
similesque videbis orchestrā & populum.
 orchestra vero erat locus theatri editior, in
 quo scenicæ exhibebantur actiones, & se-
 natores considabant, de qua videoas LIPSI-
 VM (*k*) DEMPSTERVM (*l*) & alios apud
 PITISCVM (*m*) quis prouerbium illud a-
 pud HORATIVM (*n*) ab ovo usque ad ma-
 la sine antiquitatum cognitionis ope expli-
 caret? quod significat a cœnæ initio ad fi-
 nem. poma autem claudebant cœnam,
 oua incipiebant, cuius tres partes erant,
promulsis, seu *antecœna*, & *antecœnum*, de-
 inde *caput cœna*, quod δεπνον dicitur, tum
 vero *bellaria*, vide BVLENGERV M (*o*).
principes iuuentutis principum liberi di-
 cuntur, quæ adpellatio ex antiquitatum
 monumentis inlustrari debet. nomen *prin-*
cipis iuuentutis libera re publica nobilissi-

(*c*) de re ve-
 stiar. I. 4.
 (*d*) quæst. epist.
 II. 2.
 (*e*) ad SVE-
 TON. Aug.
 c. 38.
 (*f*) ad TACIT.
 p. 50.
 (*g*) add. I.
 VELL. PA-
 TER. p. 109.
 (*h*) lexic. an-
 tiqu. t. l. p. 46.
 (*i*) sat. III. v.
 177. p. 82 ed.
 Schreuel.
 (*k*) de amphि-
 theatre c. XIV.
 (*l*) paralip. ad
 ROSINI anti-
 quitat. roman.
 V, 10. p. 350.
 ed. Traiect.
 1701.
 (*m*) lexic. an-
 tiquitat. rom.
 t. II. p. 390.
 (*n*) l. I. serm.
 eclog. 3. v. 6.
 (*o*) de coniui.
 II. 3.

(p) XI.II.61.
P. 520. t. 5.
(q) libr. I.
annali c. 3. p.
10. t. I. ed.
RICHON. in
v. DELPHIN.
(r) de pref. &
v. numism.
differe. VIII. p.
664.
(s) cenotaph.
Pisan. diff. II.
c. 3. p. 105.
(t) de co-
gnom. & ad-
pellat. Imper.
t. I. p. 652.
mifcell. Ital.
erudit.
(u) de notis
roman. t. XI.
p. 902. th. ant.
rom. GRAE-
VII.
(x) numm. Im-
per. rom.
pref. p. 6. 40.
114. 129. seqq.
(y) in imper.
rom. nummis
cura FRAN-
CISCI ME-
DIOBARBI
BIRAGI. p.
72. & multis
alii locis.
(z) numm.
Imper. rom. p.
61.
(aa) dict. loco.
(bb) in Verr.
I, 9.

mis equestris ordinis adolescentibus adtri-
buebatur, quum ætatis defectu a capessen-
dis magistratibus excluderentur. LIVVS
(p) equites enim illis principes iuuentutis.
Caius ac Lucius Agrippa geniti in familiam
Cæsarum inducti, necdum posita puerili
prætexta principes iuuentutis adpellati fue-
runt, auctore TACITO: (q) confer SPAN-
HEMIVM (r) NORISIVM (s) ROBOR-
TELLVM (t) VRSATVM (u) VAIL-
LANTIVM (x) OCCONEM (y) PATI-
NVM (z) & interpres TACITI. (aa) præ-
rogatiua vocem CICERO (bb) ponit pro si-
gno futuræ voluntatis: dedit prærogatiuam
sua voluntatis eiusmodi, ut isti pro præroga-
tiuis eam reddidisse videatur: & Cato ad CI-
CERONEM: (cc) quod si triumphi præroga-
tiuam putas supplicationem, id est, supplica-
tionem decretam esse signum & omen de-
cernendi tibi triumphi. quæ dicendi ratio
ex hoc antiquitatum momento inlustran-
da est, quod quum populus romanus in
centurias discessisset, centuria, quæ prima
exibat forte, dicta sit prærogatiua, & ma-
gna auctoritate tulerit suffragia, adde
ASCO-

ASCONIUM (dd) in quatuordecim sedere significat equitem esse, quoniam sessio in XIII. gradibus theatrorum sicutum fuit equestris dignitatis, qui gradus, siue ordines sediliunt in theatro post orchestram, in qua magistratus & senatores spectabant, equitibus theatrale tributi fuerunt. gradus hosce veteres saepe efferre solent. ἐλλειπτικὸς quatuordecim : PETRONIVS (ee) ex hac nota (ee) satiric. c. domina est mea. usque ab orchebra quatuordecim translit. CL. 126. p. 600. CERO (ff) ludis, quos Gadibus fecit, Herennium Gallum, b. strionem summo ludorum die annulo aureo donatum in quatuordecim sessum deduxit. tot enim fecerat ordines equestris loci ; prout de hacre pluribus videre possumus LIPSIUM (gg) 542. ed. CELMANVTIVM (bb) CELLARIVM (ii) PITISCVM (kk) LAR. pro sedere in quatuordecim dixerunt quoque sedere in equestribus, quod & significat, equestris loci & dignitatis esse. PETRONIVS (ll) ego etiam scilicet ancilla sum, nunquam tamen nisi in equestribus sedeo. (mm) ad umbilicum perducere est fini. re aliquid, aut absoluere. HORATIVS (nn)

Deus, DEus nam me verat
inceptos olim, promissum carmen, iambo scilicet cuius
ad umbilicum adducere. adde MARTIALEM (oo) & SIDONIVM APOLLINA-
REM (pp) quæ loquendi ratio nec Græcis fuit incognita.
& ex antiquitatibus rei litterariae suam petit lucem. vni-
bileus erat bacillus quidam teres, a græca gente οὐφα
λος dictus, quippe qui conscripto & conglutinato opere,
in gratiam ornatus extremo scripturæ addebatur, ac (mm) epod. 14.
quum explicaretur volumen, erat in fine; verumquum p. 145. edit.
idem in coniectam spiram obuolueretur, medium tene. BENTL.
bat spatiun, confi. HVGONEM (gg) SALMASIVM (rr) gramm. 91. :
SCHWARZIVM (ss) PITISCVM (tt) (pp) VIII. ep

Hæc sufficiant, quæ satis atque abunde declarant, antiquitatum studia fulcra aut præsidia esse philologiæ, ac (gg) de prim. tantam inter litteras has esse coniunctionem, vt sine scrib. orig. maximo humanioris doctrinæ detimento diuelli neque. c. 35. ant, causis haud elonginguo sunt repetendæ, quibus ex. P. 495.

Ci- (ss) de ornam.

LITTERÆ LIBRARIAE SCHERFVIANÆ

libr. apud ve-
 ter. diss. 2.
 s. 15.
 (n) lexic. an-
 tiq. t. 2. p. IIII,
 citatus de hoc litterarum momento quādam edisse-
 rere constituerim. namque quum Deo duce a SE-
 RENISSIMIS ACADEMIAE HVIVS NUTRI-
 TORIBVS, DOMINIS MEIS CLEMENTISSIMIS Li-
 pisia lenam vocatus, in hac insularum officina philologia at-
 que antiquitatum disciplinas publice debeam profiteri;
 officii huius ratio me monuit, de argumento hoc non ni-
 hil dicere. huc igitur, quod feliciter vertat, auspiciis Dei
 & SERENISSIMORVM PRINCIPVM delatus, auspi-
 calem orationem futuro Mercurii die, qui est mensis
 Mart. II. hor. X. solenni inaugurationi adhibendam esse,
 tam pium, quam necessarium esse existimauit, quippe qua
 de disciplinis philosophia & litterarum humaniorum coniungen-
 dis verba facere, simulque Deo maximo xterno, SERE-
 NISSIMIS PRINCIPIBVS, venerandis proceribus ac
 patronis gratias publice agere, induxi animum. cui ora-
 tioni vt MAGNIFICVS academiz PRORECTOR, ve-
 nerandi eiusdem patres, patroni, fautores, generosi ac
 nobilissimi litterarum candidati, commilitones suaissi-
 mis sua præsentia splendorem adferre velint, ea qua decet,
 obseruantia atque humanitate precor. meditantem vero
 & cogitantem, quomodo utilitatem illorum, qui in hoc
 doctrinæ emporio litteris operantur, promouere, &
 muneri meo omni fide, pietate, diligentia facere satis
 possem; temporis huius ratio me iussit, publicis recita-
 tionibus singulis lunæ, Martis, Louis atque Veneris die-
 bus hora post meridiem II. historiam passionis Iesu Christi ex
 antiquitatibus græcis ac romanis profanorum veterum librorum
 inlustrire, quarum initium d. VII. Mart. in auditorio phi-
 losophico faciamus. DEus efficiat, vt omnia studia mea,
 quæ ipsius augenda glorie ac litterarum studio forū
 commodis consecrabo, feliciori fruantur successu.

P. P. d. XXVII. Febr. M DCC XVIII.

p. 3. lin. 13. legi exspectare p. 6. lin. 4. translatione lin. 1.
 ἀπελυμαντον p. 7. lin. 17. ἄδη lin. 20. not. lege Matth.
 lin. 33. not. crit. lin. 36. not. Matth.

IENAE, LITTERIS FICKELSCHERRIANIS.


155675




VD 18

R

VD 17





Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black B.I.G.

F 11
AMMADORE
inflatae. V
queo. etiam
pumila. queo.
PROGRA:
QVO
ORATIONEM AVS
RITE INDI
ETIAM
RECITATIONES
SIGNIFIC.
M. IO. GEORGIVS W
PHILOLOGIAE ET ANTIQ
P. P.
MIO